



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



Σ. Θ.

uf.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA
TUMULTUARIA

To

ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ
PRO PRINCIPIO JURIS NATURALIS
TRADENS,
QUAM AUXILIANTE DIVINI
NUMINIS GRATIA
AUTHORITATE ET DECRETO
SAPIENTISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
S U B P R A E S I D I O
VIRI CONSULTISSIMI ET DOCTISSIMI
JOH. RODOLFI THURNISII,
Phil. Doct. & J. U. L.
in Academia Patria
PRÓ SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS
rite capeſſendis

ad diem 8. Junii M DCC XL.
H. L. Q. S.


Publice defendere conabuntur

JOH. RODOLFUS FREULER, }
JOH. ULRICUS EWIG, } Mag. Cand. Basil.

V I R O
HONORATISSIMO INTEGERRIMO
JOH. RODOLFO THURNISIO,
REIPUBL. PATRIÆ DUCENTUMVIRO
MERITISSIMO,
BIBLIOPOLÆ ATQUE TYPGRAPHO
FAMIGERATISSIMO,
Susceptoris suo è Sacro Fonte ad aras
usque colendo,

La signum animi devotissimi hancæ
Dissertationem
d. d.

JOH. ROD. FREULER.



Theſ. I.

CUm propter angustiam temporis nimis arctis cancellis includeremur, quam ut liberum nobis effet ex voto atque pro lubitu materiam disquisitioni Clarissim. Oppon. dignam feligere, debitoque modo tractare, coacti quasi fuimus id publice exponere, quod primum menti nostrae fese inter cogitandum obtulit; Cumque forte fortuna in illam incideremus quæſtionem, quænam juris naturalis sit basis? quodnam fundamentum ac primum principium? ex quo, velut ex sanctissimo iustitiae penetrali deduci possint officia hominis erga Deum, semetipsum & proximum, statim hancce materiam ambabus quasi manibus arripiuimus, illamque thematis loco, pro obtainendis secundum morem consuetum, supremis in Philosophia honoribus, elegimus.

II.

Circa dictam vero quæſtionem non minus variatur, ac olim circa quæſtionem de ſummo bono in plurimas Philosophi discrepantes abiēre opinioneſ;

Sunt enim, quibus viſum fuit hujus quæſtionis fundamentum ponere in convenientia & diſconvenientia cum natura rationali ac ſociali, non per lapsum depravata. H. Grot. de J. B. & P. l. 1. cap. 1. n. 12.

Alii in hominis ſocialitate principium hoc quæſivere; Pufſend. de J. N. & G. in præf.

Alii porro illud eruere conati ſunt ex jure Dei Creatoris, potentis quidem, ſed & pariter benigni, ac ſummè benefici in creatures suas.

III.

Cum autem secundum Philosophos duplex detur principium, aliud *effendi*, (uti loquuntur) aliud *cognoscendi*, per se quasi patet, illud intuitu Legis Naturæ esse Voluntatem Divinam. Quod enim aliud præceptum, aliud prohibitum, aliud moraliter bonum, aliud malum, illud agendum, hoc fugiendum est, ejus ultima ratio in hoc principium, *Dens sic voluit*, resolvitur; in hoc vero omnis difficultas sita est, unde Voluntas hæc Divina certo colligi, & infallibili ratione cognosci possit. Adeoque omnis quæstio in principio cognoscendi erundo vertitur.

IV.

Requirunt autem juris Nat. DD. tria potissimum ad Principium cognoscendi Juris Naturalis.

1º. Ut univeriale sit, hoc est, ita latè pateat, ut omnibus Juris Nat. præceptis adæquate respondeat, eademque ambitu suo comprehendat.

2º. Ut ejus veritas ex solo Naturæ lumine evidenter innotescat; Nam si ea aliunde, quam ex dictamine rationis petenda esset, Juris Naturalis disciplina Gentibus illis, quæ revelationis sanctitatem non agnoscunt, parum profutura esset.

3º. Ut principium hoc omnibus sanæ mentis in proclivi sit; aut ut facile per consequentias ex eo deductas particularia quævis juris Nat. præcepta innotescant.

V.

Animus nobis non est diversas sententias DD. circa principium Jur. Nat. examinare; id modo meri exercitii gratia nunc assérere lubet, posse hominem ex sola sui ipsius consideratione, officia sibi incumbentia experiri; quod nunc pro virili demonstrare conabimur.

VI. Ex-

VI.

Extra omne dubium est, hominem clare percipere, se existere; (de tali enim, qui hoc in dubium vocaret, afferere haud vererer, illum sanæ mentis non esse, & Scepticismum ad stultitiam atque summam obstinationem usque prosequi.) Cognoscit insuper homo, purè non ens, ens reale producere non posse; certum itaque est, ab æterno exstitisse aliquod ens. Omne enim quod non exstitit ab æterno, initium habuisse necesse est; id vero quod initium habet, necessario ab alio ente aliquo antecedenti produci debuit; Ejusdem evidentia est, omne ens, existentiam suam alii enti debens, qualitates atque facultates, quas habet, ab alio illo ente habere debere, hincque fons æternus omnium entium, fons quoque erit omnium qualitatum atque facultatum existentium, per consequens, ens hoc æternum, erit quoque potentissimum omnium entium.

VII.

Homo ulterius in se experitur, se intelligere atque percipere; Certum itaque est, non modo esse entia in mundo, sed esse quoque entia intelligentia; Ens vero intelligens vel ab æterno tale exstitit, vel initium intelligentiae suæ habuit; contendenti, tempus exstitisse, carens ente intelligente, & quo ens æternum quoque intelligentia destitutum fuerit, respondemus, impossible itaque esse, unquam ens intelligens exstitisse, cum impossible sit ens intelligentia carens producere posse ens intelligens.

VIII.

Hoc modo ex nostri contemplatione, & eorum quæ in nobis met ipsis experimur, pervenimus simplicissima via ad certam & indubitabilem veritatem; Esse ens æternum, potentissimum simul ac summe intelligens; quod Deum vocamus. Ulterius nunc pergendo & perpendendo, Deum hunc nos non solum creasse, sed & præ aliis creaturis exornasse, facultatibusque Intellectus & Voluntatis donasse, omniaque circa nos usui nostro inservientia reddidisse; necessario hoc in nobis porro ideam entis benignissimi, simulque id excitare debet, ut pro summis ejus beneficiis in nos collatis, nec conferre cessantis, & amorem & humillimam subjectionem ipsi exhibeamus;

sicque per consequentias clarè ritèque deductas, officia hominis erga Deum, seu obligatio hominis ad religionem cultumque divinum, creatori & conservatori nostro benignissimo exhibendum apparent; usque adeo, ut si spredo hocce bonæ mentis dictamine in alia omnia contraria ire festinaret homo, eum saltem tanquam potentem atque punire valentem, pari mentis suæ conscientia reformidare deberet, quem ut auctorem & conservatorem suum beneficum colere ac venerari noluit.

IX.

Cum vero sui existentiam quisque post Deum suis immediate debeat genitoribus, non potest non ex generationis & educationis beneficio devinctus esse, ad omnia pietatis & obsequiorum genera iisdem pro virili præstanda; Unde & à Cicerone lib. 1. Offic. cum religione erga Deum, conjungitur religio erga parentes; Sic enim ille: *In ipsa communitate sunt gradus officiorum, ex quibus, quid cuique præfet, intelligi potest; ut prima Diu immortalibus, secunda patria, tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur.*

X.

Obligationi huic erga sui auctores proxima est illa, quâ homo officia erga semetipsum observare tenetur. Detegit vero illa ex consideratione, se ita vitam suam instituere debere, ne scopo, quem Creator benignissimus simul ac potentissimus in creatione sibi proposuit, contrarietur; Cognoscit autem homo faciliter tum ex rebus in & circa se existentibus, tum quoque ex studio semetipsum conservandi sibi naturaliter insito, Deum in creatione hominis pro scopo habuisse, hominis conservationem atque beatitudinem.

XI.

Cum vero Deus hominem ita creaverit, ut non nisi reiteratis actibus, habitus vel bonos vel malos sibi acquirere possit, simulque sensum ei dederit, quo concipit, ex acquisitione demum bonorum habituum certum gradum beatitudinis fluere; sequitur, hominem in id nervos suos intendere debere, ut actus suos ita componat,

ponat & repeatat, quibus in virum bonum & probum, adeoque felicem, scopoque Dei respondentem formetur; quod fit, si excolat intellectum, & ritè dirigat voluntatem; quem in finem Deus homini animam dedit rationalem.

XII.

Cum autem à Sapientissimo Ente nil frustra concessum esse possit; deprehendit homo porro, se intellectus facultate ideo esse donatum, ne cæco omnia agat impetu, aut citra certum finem, sed potius, ut agenda prius recte expendat atque disponat, naturæque suæ convenientem finem sibi proponat, & actiones suas ei accommodet, quam voluntatem suam aliquo dirigat, hinc ita voluntas erit moderanda, ne judicium intellectus præcurrat, neve præceptis decretisque ejus adveretur; & hoc modo deducitur homo ex mera sui consideratione ad officia erga semetipsum.

XIII.

Sed quia homo absque aliorum ope vix salvus, ne dicam beatus esse possit, consequens est, ut natura duce pronus sit & inclinet in Societatem cum aliis excolendam, vitæque communitatem; Quo vero magis Societatis istius gaudeat emolumentis, necesse est, ut, sicuti primo loco propriæ, sic secundo, humani generis studiat conservationi, cum sobolem procreando educandoque, atque ita supplendo mortalitatis suæ defectum, cum teste Cicerone lib. 4. de Finibus, *omnis natura velit esse conservatrix sui, ut & salva sit, & in genere conservetur suo;* tum etiam conferendo & præstando illud omne, quod videri potest aptum esse, ad confirmandam promovendamque inductam illam inter homines vitæ communitatem.

XIV.

Cum vero sua cuique ratio, ac sensus communis dicit, eam in universum destructum iri, si quisque nil nisi propriam præsentemque spectaret utilitatem, aut (quod pejus,) jus sibi aliquod commentitum in omnes & omnia secundum potentia suæ vires arrogaret, non aliud supereret, quam ut ex opposito mutua cum aliis reciprocando humanitatis officia, tribuendo aliis,

quæ ipsis commoda, recipiendo vicissim ab illis, quæ nobis putamus expedire in vitæ tuitionem, magis magisque constringatur commune consortii vinculum ac societatis; Quo Seneca respiciens lib. 1. de irâ cap. 5. *homo*, inquit, *in adjutorium mutuum generatum est;* *beneficiis enim humana vita conficitur, & concordia;* nec terrore, sed mutuo amore in fœdū auxiliumque commune constringitur. Iterumque lib. 2. de irâ cap. 31.

Ut omnia inter se membra consentiunt, quia singula servari totius inter-est; ita homines singulis parcent quia ad catum geniti sumus; salva enim esse Societas nisi amore & custodia partium non potest.

XV.

Exinde quoque deprompta sunt generalia illa juris naturalis præcepta; Ne quis alteri faciat, quod ipse sibi fieri nolit, ex adverso præstet aliis, quod sibi ab illis præstari exoptet; Hinc porro est, quod quisque, dum sibi met proximus est, non tantum adversus aliorum à recti tramite recedentium imminentes injurias sibi cautelis variis innoxiiis, jure prospiciat, ac parietes, mœnia, fos-sas; furibus, prædoniibus, hostibus opponendo, suæ consulat securitati; sed & adversus aliorum violentiam sese defendat, vim injustam vi repellat, arma armis, etiam cum aggressorum nece, si aliter vita aut vitæ æquiparanda tueri ipsis incolumibus haud possit, atque ita inculpatæ tutelæ servet moderamen.

XVI.

Tandem quoque ex hucusque dictis liquido constare credo, Deum homini sufficientes vires dedisse, quibus naturam suam contemplari, & ex hac consideratione, quid necessarium cum ea ne-xum vel disconvenientiam involvat, quidve sibi faciendum adeo-que bonum, quidve omittendum, adeoque malum sit, evidenter colligere possit; cum vero hæc facultas omnibus hominibus a Deo concessa, ipsique loco promulgationis legum Nat. sit, hinc liquet, omnes quoque Jure Nat. obligari. Hocque intuitu Divinus scri-
ptor gentiles αναπολογίτες vocat, quod cordibus ipsorum inscrip-tis legibus disconvenienter agant; nihil enim interest, si le-gislator voluntatem suam in scriptis, siue alia, modo sufficienti-
tatione promulget atque manifestet.

sicque per consequentias clarè riteque deductas, officia hominis erga Deum, seu obligatio hominis ad religionem cultumque divinum, creatori & conservatori nostro benignissimo exhibendum apparent; usque adeo, ut si spreto hocce bonæ mentis dictamine in alia omnia contraria ire festinaret homo, eum saltem tanquam potentem atque punire valentem, pari mentis suæ conscientia reformidare deberet, quem ut auctorem & conservatorem suum beneficum colere ac venerari noluit.

IX.

Cum vero sui existentiam quisque post Deum suis immediate debeat genitoribus, non potest non ex generationis & educationis beneficio devinctus esse, ad omnia pietatis & obsequiorum genera iisdem pro virili præstanda; Unde & à Cicerone lib. I. Offic. cum religione erga Deum, conjungitur religio erga parentes; Sic enim ille: *In ipsa communitate sunt gradus officiorum, ex quibus, quid cuique præfet, intelligi potest; ut prima Diis immortalibus, secunda patria, tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur.*

X.

Obligationi huic erga sui auctores proxima est illa, quâ homo officia erga semetipsum observare tenetur. Detegit vero illa ex consideratione, se ita vitam suam instituere debere, ne scopo, quem Creator benignissimus simul ac potentissimus in creatione sibi proposuit, contrarietur; Cognoscit autem homo facillime tum ex rebus in & circa se existentibus, tum quoque ex studio semetipsum conservandi sibi naturaliter insito, Deum in creatione hominis pro scopo habuisse, hominis conservationem atque beatitudinem.

XI.

Cum vero Deus hominem ita creaverit, ut non nisi reiteratis actibus, habitus vel bonos vel malos sibi acquirere possit, simulque sensum ei dederit, quo concipit, ex acquisitione demum bonorum habituum certum gradum beatitudinis fluere; sequitur, hominem in id nervos suos intendere debere, ut actus suos ita componat,

ponat & repeatat, quibus in virum bonum & probum, adeoque felicem, scopoque Dei respondentem formetur; quod fit, si excolat intellectum, & ritè dirigat voluntatem; quem in finem Deus homini animam dedit rationalem.

XII.

Cum autem à Sapientissimo Ente nil frustra concessum esse possit; deprehendit homo porro, se intellectus facultate idèo esse donatum, ne cæco omnia agat impetu, aut citra certum finem, sed potius, ut agenda prius recte expendat atque disponat, naturalèque suæ convenientem finem sibi proponat, & actiones suas ei accommodet, quam voluntatem suam aliquo dirigat, hinc ita voluntas erit moderanda, ne judicium intellectus præcurrat, neve præceptis decretisque ejus adveretur; & hoc modo deducitur homo ex mera sui consideratione ad officia erga semetipsum.

XIII.

Sed quia homo absque aliorum ope vix salvus, ne dicam beatus esse possit, consequens est, ut natura duce pronus sit & inclinet in Societatem cum aliis excolendam, vitæque communitatem; Quo vero magis Societatis istius gaudeat emolumentis, necesse est, ut, sicuti primo loco propriæ, sic secundo, humani generis studiat conservationi, cum sobolem procreando educandoque, atque ita supplendo mortalitatis suæ defectum, cum teste Cicerone lib. 4. de Finibus, *omnis natura velit esse conservatrix sui, ut & salva sit, & in genere conservetur suo;* tum etiam conferendo & præstando illud omne, quod videri potest aptum esse, ad confirmandam promovendamque inductam illam inter homines vitæ communitatem.

XIV.

Cum vero sua cuique ratio, ac sensus communis dicit, eam in universum destructum iri, si quisque nil nisi propriam præsentemque spectaret utilitatem, aut (quod pejus,) jus sibi aliquod commentitum in omnes & omnia secundum potentia suæ vires arrogaret, non aliud supereret, quam ut ex opposito mutua cum aliis reciprocando humanitatis officia, tribuendo aliis,

quæ ipsis commoda, recipiendo vicissim ab illis, quæ nobis putamus expedire in vitæ tuitionem, magis magisque constringatur commune consortii vinculum ac societatis; Quo Seneca respiciens lib. 1. de irâ cap. 5. homo, inquit, *in adjutorium mutuum generatus est;* beneficis enim humana vita consitit, & concordia; nec terrore, sed mutuo amore in fædus auxiliumque commune constringitur. Iterumque lib. 2. de irâ cap. 31.

Ut omnia inter se membra consentiunt, quia singula servari totius inter-est; ita homines singulis parcent quia ad cætum geniti sumus; salva enim esse Societas nisi amore & custodia partium non posset.

XV.

Exinde quoque deprompta sunt generalia illa juris naturalis præcepta; Ne quis alteri faciat, quod ipse sibi fieri nolit, ex adverso præstet aliis, quod sibi ab illis præstari exoptet; Hinc porro est, quod quisque, dum sibimet proximus est, non tantum adversus aliorum à recti tramite recedentium imminentes injurias sibi cautelis variis innoxiis, jure prospiciat, ac parietes, mœnia, fossas; furibus, prædonibus, hostibus opponendo, suæ consulat securitati; sed & adversus aliorum violentiam sese defendat, vim injustam vi repellat, arma armis, etiam cum aggressorum nece, si aliter vita aut vitæ æquiparanda tueri ipsis in columbus haud possit, atque ita inculpatæ tutelæ servet moderamen.

XVI.

Tandem quoque ex hucusque dictis liquido constare credo, Deum homini sufficentes vires dedisse, quibus naturam suam contemplari, & ex hac consideratione, quid necessarium cum ea nemum vel disconvenientiam involvat, quidve sibi faciendum adeoque bonum, quidve omittendum, adeoque malum sit, evidenter colligere possit; cum vero hæc facultas omnibus hominibus a Deo concessa, ipsique loco promulgationis legum Nat. sit, hinc liquet, omnes quoque Jure Nat. obligari. Hocque intuitu Divinus scriptor gentiles *αναπολογίτες* vocat, quod cordibus ipsorum inscriptis legibus disconvenienter agant; nihil enim interest, si legislator voluntatem suam in scriptis, siue alia, modo sufficiente ratione promulget atque manifestet.